Q. D. B. V.

PRAESIDE

CONRADO SAMVELE SCHVRZFLEISCHIO,

publice diſputabit

M. IO. ANDREAS Gleich /

GERA-VARISCVS.

AD D.   Maii, cIↄ Iↄc XXCVIII.

In Auditorio Maiori,

CVM PRIVILEGIO SEREN. EL. SAXON.

Diſputatio XLVIII.

LIPSIAE, Apud NICOLAVM SCIPIONEM,

cIↄ Iↄc XCIIX.

I.

PEloponneſus, peninſula fertilis, et omni rerum copia affluens, primum antiqviſſimumqve nomen Aegialeae tulit, qvod ab Aegialeo Sicyoniorum Rege additum, usqve ad tempora Pelopis retinuit: qvi ex Phrygia oriundus, Hippodamiam, Oenomai Piſae Regis filiam duxit, ſoceroqve, non ſine dolo, in Olympiis ſublato, regnum adeptus, inſignem illam Graeciae partem, qvae intra iſthmum eſt, ab nomine ſuo appellavit.

Euſebius manifeſto indicat, dictam fuiſſe Aegialeam, Chronic. lib. prior. *Georgius Syncellus* in chronographia, *utrumqve Caſtoris fragmentum, qvod de regno Sicyoniorum inſcribitur, ſecutus. Dubia implicataqve eſt Aegialei hiſtoria, qvippe qvae praecedit veros certosqve Graecorum faſtos, qvi Olympiades dicuntur. Ut noſtrae rationes ſunt, congruit temporibus Beli, atqve eius initium reſpondet anno M. 1890. P. I. 2550. A. C. 2164. Cuius ſucceſſor filiusqve Europs, cum aetate Nini omnino debet coniungi. Aegialum alii memorant, de qvo tradunt Herodotus in Terpſichore, et Pauſanias* in Atticis. *Illi etiam Peloponneſii, qvi incoluerunt Achaiam, huius peninſulae regionem, nominati ſunt* Pelaſgi Aegialees, Herodot. lib VII. c. 94. *Interpres exponit* litterales, *qvem Pauſanias docere potuit, ab Aegialeo ſumptum impoſitum fuiſſe hoc nomen,* in Corinthiacis c. 49. *Aegialei mentionem fecit Apollodorus, et regionem cui praefuit, Aegialeam ab eo dictam eſſe affirmavit,* lib II. principio. *Idem auctor eſt,* Apiam *et* Pelaſgiam *qvoqve dici ſolitam; illius nominis conditorem fuiſſe qvendam Apin, Phoronei filium, huius Pelaſgum qvempiam indigenam,* lib. eodem. *Nihil addo de genere et familia Aegialei, ſed ad recentiora Pelopis tempora deſcendo. De Pelope extat antiqviſſimum ſane monumentum Hecataei Mileſii, ſcriptoris Herodoto prioris, cuius qvaedam ſuperſunt velut e naufragio tabulae, ad poſteritatis memoriam relictae.*

liciae. Qvo argumento ſcribit Strabo, Pelopem, ductu e Phrygia populo, advenisse in terram, ab eoqve Pelopis inſulam fuiſſe appellatam, lib. VII. Geographicorum. *Fuit ergo Phryx, non Lydus, ut narrant Pindarus et Pauſanias,* ille in Olympicis od. 1. hic in Eliacis prior. *non ex Paphlagonia Henetus, ut canit Appollonius Rhodius,* in libro Argonauticorum II. *Suffragatur Herodotus, qui Peloponneſum, regionem Pelopis Phrygis extulit,* lib. VII c. 103. *conf. Strabo. Fuit, qvod inde ſeqvitur, advena, non indigena, et ut rationes conficio, Hippodamiam duxit anno M. 2704. Ludis Olympicis praefuit anno M. 2731. Vt ſocerum in certamine Olympico deceperit, regnumqve eius adeptus fuerit, Pauſanias commemoravit in* Eliacis II. *Eum ex Aſia veniſſe, et nomen regioni dediſſe, tradit Thucydides, ſed ex Phrygia, an ex Lydia venerit, non definit,* lib. I. bell. Pelopon. *Structam ei poſitamqve ab Hercule aram, Apollodorus refert,* lib. II. bib'ioth. *Nam Hercules fuit eius pronepos, et proavi memoriam, fano aedificato, coluit atqve conſecravit, qvod non obſcure innuit Pindarus* Olympicorum I. *Progeniem Pelopis non plene integreqve recenſuit Ioach. Camerarius* in lib. III. explicationis Tuſculan. qvaeſt. *Tantalus, Pelopis pater, in omnium Graecorum faſtis eſt, a qvo ſumptum illud commune tritumqve proverbium,* Tantali Theſauri, *qvod extat apud Ariſtaenetum,* lib. I. ep 18. *qvorſum legatur* Eutyphron Platonis. *Filii Pelopis clariores Atreus et Thyeſtes memorantur: praeter hos Alcathus, Pittheus, Hippalcmus, Pelops iunior, Dias, Cleon; et Chryſippus ac Pliſthenes ex connubio diverſo. Inter multas eiusdem filias celebrantur Nicippe Stheneli uxor, et Lyſidice Alcmenae mater, de qvibus videatur Apollodorus* l. cit. *Plutarchus* in Theſeo.

II.

Iſthmo Corinthiaco iungitur Graeciae, et qvinqve maribus alluitur, Ionio, Siculo, Cretico, Aegeo atqve Myrtoo, qvae cum navigandi commoditatem praebent, tum loci ſitu ceteris Graeciae regionibus praeſtant.

Dionyſius Afer platani folio ſimilem depinxit, propterea qvod talem ſe oſtendit intuentibus, maxime ob maria, qvae ibi ſe infundunt; a ſeptentrione qvidem mare Ionium, ab Occidente Siculum, a meridie Creticum, ab Oriente Aegeum, cuius pars eſt Myrtoum. V. Strabo lib. II. et IIX. *Agamemnon.*

themer. de Geographia lib.I. *Eam cumprimis nobilitat ſinus Corinthiacus, qvi Septentrionem ſpectat: e regione ſitus eſt Saronicus, qvem iſthmus a Corinthiaco ſeiungit. Alter, cuius pars eſt ſinus Criſſaeus, Lechaeo, alter Cencraeis, antiqviſſimo Graeciae navali, clarus eſt, monumentisqve celebratus, Ab Oriente peninſulam contingit ſinus Argolicus, a meridie Laconicus et Meſſeniacus; Chelonites et Cypariſſius ab Occidente ad eam vergunt. Promontoria Rhium (cui obverſum eſt Antirrhium) Scyllaeum, Taenarium, Malea, Chelonates, Araxus. Portus commodi capaceſqve, praeter dicta Corinthi navalia, in Achaia propria, atqve adeo in faucibus ſinus Corinthiaci, Patrae, in Elide, Cyllene, in Meſſenia, Pylus, Methone, Corone: In Argia, Nauplia, in Laconia Epidaurus, Limera. Omnes hi portus, excepto Epidaurenſi, victricibus occupati armis, Venetorum ditioni parent. Tota haec peninſula qvingentorum qvinqvaginta millium paſſuum circuitu patet: Iſidorus tamen trecentis ſexaginta tribus mil. paſſibus ambitum definit. Qvinqve metropoles, duodecim antiſtitum ſacerdotia continet, qvae ſacra ceremoniasqve Graecorum profitentur. Pars Graeciae, et arx ſemper habita eſt, tam ſitus loci, qvam opportuni aditus ratione. Aeſtimarunt hoc Xerxes apud Herodotum* lib. VII. c. 8. *Mahometes II. apud Leunclavium. Conf. Strabo* lib. VIII. *et Geographi recentiores. Qvod ſane indicium ſit imprudentiae et ignaviae Turcarum, qvi Peloponeſi urbes portusqve negligentius habuerunt.*

themer. de Geographia lib. I. *Eam cumprimis nobilitat ſinus Corinthiacus, qvi Septentrionem ſpectat: e regione ſitus eſt Saronicus, qvem iſthmus a Corinthiaco ſeiungit. Alter, cuius pars eſt ſinus Criſſaeus, Lechaeo, alter Cenchraeis, antiqviſſimo Graeciae navali, clarus eſt, monumentisqve celebratus, Ab Oriente peninſulam contingit ſinus Argolicus, a meridie Laconicus et Meſſeniacus; Chelonites et Cypariſſius ab Occidente ad eam vergunt. Promontoria Rhium (cui obverſum eſt Antirrhium) Scyllaeum, Taenarium, Malea, Chelonates, Araxus. Portus commodi capaceſqve, praeter dicta Corinthi navalia, in Achaia propria, atqve adeo in faucibus ſinus Corinthiaci, Patrae, in Elide, Cyllene, in Meſſenia, Pylus, Methone, Corone: In Argia, Nauplia, in Laconia Epidaurus, Limera. Omnes hi portus, excepto Epidaurenſi, victricibus occupati armis, Venetorum ditioni parent. Tota haec peninſula qvingentorum qvinqvaginta millium paſſuum circuitu patet: Iſidorus tamen trecentis ſexaginta tribus mil. paſſibus ambitum definit. Qvinqve metropoles, duodecim antiſtitum ſacerdotia continet, qvae ſacra ceremoniasqve Graecorum profitentur. Pars Graeciae, et arx ſemper habita eſt, tam ſitus loci, qvam opportuni aditus ratione. Aeſtimarunt hoc Xerxes apud Herodotum* lib. VII. c. 8. *Mahometes II. apud Leunclavium. Conf. Strabo* lib. VIII. *et Geographi recentiores. Qvod ſane indicium ſit imprudentiae et ignaviae Turcarum, qvi Peloponeſi urbes portusqve negligentius habuerunt.*

themer. de Geographia lib. I. *Eam cumprimis nobilitat ſinus Corinthiacus, qvi Septentrionem ſpectat: e regione ſitus eſt Saronicus, qvem iſthmus a Corinthiaco ſeiungit. Alter, cuius pars eſt ſinus Criſſaeus, Lechaeo, alter Cencraeis, antiqviſſimo Graeciae navali, clarus eſt, monumentisqve celebratus, Ab Oriente peninſulam contingit ſinus Argolicus, a meridie Laconicus et Meſſeniacus; Chelonites et Cypariſſius ab Occidente ad eam vergunt. Promontoria Rhium (cui obverſum eſt Antirrbium) Scyllaeum, Taenarium, Malea, Chelonates, Araxus. Portus commodi capaceſqve, praeter dicta Corinthi navalia, in Achaia propria, atqve adeo in faucibus ſinus Corinthiaci, Patrae, in Elide, Cyllene, in Meſſenia, Pylus, Methone, Corone: In Argia, Nauplia, in Laconia Epidaurus, Limera. Omnes hi portus, excepto Epidaurenſi, victricibus occupati armis, Venetorum ditioni parent. Tota haec peninſula qvingentorum qvinqvaginta millium paſſuum circuitu patet: Iſidorus tamen trecentis ſexaginta tribus mil. paſſibus ambitum definit. Qvinqve metropoles, duodecim antiſtitum ſacerdotia continet, qvae ſacra ceremoniasqve Graecorum profitentur. Pars Graeciae, et arx ſemper habita eſt, tam ſitus loci, qvam opportuni aditus ratione. Aeſtimarunt hoc Xerxes apud Herodotum* lib. VII. c. 8. *Mahometes II. apud Leunclavium. Conf. Strabo* lib. VIII. *et Geographi recentiores. Qvod ſane indicium ſit imprudentiae et ignaviae Turcarum, qvi Peloponeſi urbes portusqve negligentius habuerunt.*